






Sammelbd.

0/0

de,









pag. 652; IV.





Q. B. V. D.

32

DE
VIRTVTIBVS PRAECEPTORIS SCHOLAE
PRAECIPVIS
PAVCA PRAEFATVR

ET AD
ACTVM SOLEMNEM
QVO
VIR
NOBILISSIMVS, CLARISSIMVS
DOCTISSIMVSQVE
DOMINVS
M. IO. GOTTLIEB
CLEMENT

CON. RECTORATVI IN LYCEO NOSTRO
DIE XVII. APRILIS
PRAEFICIETVR,
INVITAT
D. MARTINVS GRVLICHIVS,
SVPERINTENDENS.

TORGAVIAE, LITTERIS PETERSELLIANIS.



Q. B. N. D.

DE
VIRTUTIBUS FRUCTIBUSQUE SCHOLAE
PRAECIPUIS
PAUCA PRAEFATUR

ET AD

ACTUM SOLEMNEM

QVO

VIR

NOBILISSIMVS CLARISSIMVS
DOCTISSIMVSQVE
DOMINVS

M. IO. GOTTLIEB
CLEMENT

CON-RECTORVM IN LYCEO NOSTRO

DE ANNO MDCCCLXII

PRAEFICITVR

IN VITAT

D. MARTINVS GRVNICIVS

SAERDOTENS

TORGAVIAE, LITTERIS PETERSBVLIANIS



* * *

Omnem Historiam, egregia utilitate & singulari plane jucunditate se commendare novimus, proinde facile judicatu erit, neque *Historiam Ecclesiasticam* sua amoenitate suoque fructu destitui. Tantum abest, ut Jure Consulto, hujus Historiæ gustus noceat, ut potius ad intimiorum *Juris Canonici* Cognitionem solidioremque ejus Interpretationem facem ei præferat luculentissimam. Theologiæ autem consecratis quantum lucis præbeat, vel inde constare potest, quod sororium quasi, eam inter & *Theologiam Polemicam* vinculum intercedat. Probe ergo & mature *Nos*trates curarunt, ut divinum Reformationis negotium, per *Cor, Os & Calamum B. Lutzeri* confectum, Historiæ Ecclesiasticæ cultura suffulciretur. Proinde cum *Romanenses* obstrepere haud desisterent, doctrinam Lutheri cum priscae Ecclesiæ veritatibus dissonare, Lutherum, sepultas hæreses ab orco revocatas disseminasse, & cerimonias ab ipso commendatas a veteris Ecclesiæ cultu & Liturgia plane abhorrere, id sibi negotii datum esse quidam *B. Viri Symmystæ & Synathlethæ* crediderunt, ut literato & politico orbi publice exponerent, nos ab antiqua Ecclesia æque minus in doctrinis ac in liturgicis rebus descivisse, cumque hoc alio modo, aliaque via haud poterat expediri vel probari, quam *recurrendo* ad antiquos Scriptores, *protrahendo* recondita monumenta, *consulendo* verera Chronica, *revolvendo* Patrum volumina, *relegendo* Conciliorum placita & decreta, *recludendo* vetustissima, quæ prostabant, sacraria chartacea, id tandem effectum esse constat, ut veritas nostrarum doctrinarum novo quasi muro & historico sepimento circumvallata in tutum collocaretur.

Et cum hoc ipso anno, præcipua Historiæ Ecclesiasticæ capita pro suggestu auditoribus meis enarrare placuit, haud abs

) (2

re,

re, sed potius in commodum literatæ juventutis fore putavi, si fata hujus Historiæ in nostra Ecclesia paucis exponerem & prolixitatis vitandæ causa, potiores Autores in tabula quasi suspensâ oculis Lectorum sisterem. Glaciem hanc lubricam, atque a nemine huc dum tentatam primum inter omnes *Matthiam Flacium Illyricum* fregisse, vel tyronibus notum est, hic enim quo erat ingenio igneo, eruditione recondita & lectione vastissima ascitis nonnullis Σύνεργοις ὁμοίηφοις, quos *Centuriatores Magdeburgenses*, quia Pastores Magdeburgenses præcipui inter eos erant, vulgo nominamus, non prius destitit, quam herculeo omnino & per *quatuordecim* annos continuato labore *primum Systema Historiæ Ecclesiasticæ* luci publicæ exponeretur. Quid, & quantum hic præstitum sit, vel solus Titulus operis docere potest, quem autem integrum hic apponere chartæ angustia prohibet. Dolendum est, quod præstantissimum hoc opus cum Seculo XIII. finire Autoribus placuerit, & magis dolendum est, quod Consilium B. *Joh. Andr. Schmidii* de Centuriis Magdeburgensibus emendandis, defendendis & continuandis Anno 1707. orbi literato communicatum successu caruerit, cæterum hæ Centuriæ XIII. cum antea singulæ, diversis in locis editæ erant, prima vice junctim prodire Basileæ ab Anno 1559 - 1574. & mundo miraculo fuere.

Jam audiamus, qua ratione, quoque ordine alii celeberrimi Viri Flaciana vestigia sequuti sunt, prodire nimirum annis

1584. *Joh. Pappi*, Theologi Argentoratensis *Epitome Hist. Eccles.* de conversionibus gentium persecutionibus Ecclesiæ, Hæresibus & conciliis œcumenicis, primum a Seculo VII. quo Autor substiterat ab *Eusebio Bohemo* Annistite in urbe Cygnea, deinde ab *Henrico Kippingio*, Con. Rectore Scholæ Bremensis continuata.

1592. *Luca Osiandri*, Senioris, Pastoris Eslingensis, *Epitome* Centuriarum Magdeburgensium una cum earum *continuatione* ad Seculum XVI.

1646. *Joh. Conradi Dambaueri*, Theologi Argentoratensis *Christeis*, sive
drama

- drama sacrum*, in quo christiana militia partim ænigmatice partim aperto commentario est exposita, totius Historiæ Ecclesiasticæ nucleum ad Caroli V. usque tempora, tribus actibus B. Autor exhibere animo conceperat, sed *primum* saltem actum absolvit, *alter* obsteri cante *Joh. Frid. VVandalino*, ceu opus posthumum prodit, *tertium* adhuc in MSto latere fama est.
1649. *Joh. Böttigeri*, Past. Magdeburgensis, *Isagoge Historica Ecclesiastico-Politica*.
1659. *Joh. Micraelii*, Rectoris Sedinensis, *Syntagma Historiarum mundi & Ecclesiæ*, a *Dan. Hartnaccio*, ad annum usque 1699. continuatum.
1660. *Compendium Gothanum* ab orbe condito ad Seculi usque XVII. dimidium, *Vito Ludovico de Seckendorff*, debemus hic Historiam V. T. *Joh. Christophoro Artopæo*, Historiam N. T. indicem vero locupletissimum *Ernesto Triebero*, cura vero omnia, in hoc opere concinnando, dirigendi & corrigendi *Joh. Henrico Bæclero*, demandata erat, accessere nostro tempore eximia B. *Cypriani Gothani* Supplementa.
1662. *Elie Ehingeri*, Rectoris Ratisbonensis, *Historia Seculæ XV.* in gratiam purioris antiquitatis proposita.
1665. *Hieronimi Kromayeri*, Theologi Lipsiensis, *Ecclesia in Politia*, sive *Historiæ Ecclesiasticæ Centuriæ XVI.* cum præsentis dimidiata, quibus propter Synchronismos, Imperatorum res gestæ præcipuæ præmissæ.
1669. *Joh. Henrichii*, Theologi Rintelensis, *Historia Eccles. tripartita* quinque priorum Seculorum.
1674. *Justi Saffingii*, Antistitis Rudelstadio-Schwarzburgici, *Historia* quinque priorum Seculorum.
1678. *Joh. Georgii Layvitzii*, Prof. Baruthini, *Synopsis H. E.* præcipuè studiosæ Juventutis bono, ordine dextro & congruo concinnata.
1684. *Joh. Stubneri*, Con. Rectoris Heilsbrunnensis, *Introductio*, in *Historiam Ecclesiasticam V. & N. T.* memoriæ juvandæ ergo per *tabulas Synopticas* adornata.
1688. *Godofredi Arnoldi*, Antistitis Perlebergensis in Marchia, *unpartheyische*

- sche Kirchen- und Rezer- Historie, a nato Christo ad annum 1688. Tomis IV. in folio. Pomum illud eridos!
1697. *Christiani Kortholti*, Theologi Kiloniensis, H. E. κατ' ἐπιτομήν a Christo nato usque ad Seculum XVII. sistens statum Ecclesiæ sub Imperatoribus &c. utinam Autori ultimam huic operi limam addere per fata licuisset!
1697. *Adami Rechenbergii*, Theologi Lipsiensis, *Summarium* H. E. sapius reculum & Prælectionibus academicis maxime accommodatum.
1697. *Andrea Caroli*, Abbatis San-Georgiani in ducatu Württembergico, *Memorabilia* Seculi XVII. Tomis II. quorum posterior prodit Anno 1702.
1697. *Godofredi Arnoldi*, Furggefaste Kirchen- Historie II. und III. E. libellus ob Chronologiam commendandus.
1700. *Joh. Vilhelmi Zieroldi*, Antistitis Stargardiensis, *Historia ecclesiastica & Philosophica*, utinam Autor paulo prolixiores apposuisse dapes!
1701. *Joh. Andrea Schmidii*, Abbatis Mariævallis & Prof. Helmstad. *Compendium* Hist. Eccl. N. T. ob stili elegantiam & concinnum ordinem commendandum.
1709. *Joh. VVolfg. Jägeri*, Theologi Tubingensis, *Historia ecclesiastica Seculi XVII.* cum Parallelismo profanæ Historiæ Tomis II. in folio, opus egregium & documentis refertum.
1709. *Thoma Ittigii*, Theologi Lipsiensis, *Historia ecclesiastica primi a nato Christo Seculi.*
1710. *Christiani Junckeri*, directoris Gymnasii Altenburgensis, *Grundlegung zur Kirchen- Historie*, Autor Historiam *Pietismi* præ reliquis sine partium studio recenset.
1718. *Christiani Eberhardi VVeismanni*, *Introductio* in Memorabilia ecclesiastica Historiæ Sacræ N. T. Tomis II. in 4. opus egregium, sed cauto lectore opus est.
1721. *Christophori Matthæi Pfaffii*, *Institutiones* H. E. juxta Seculorum ordinem brevissimo penicillo delineatæ, opusculum non e phylarum paucitate, sed rerum ubertate æstimandum.

1723. *Joachimi Langii*, Theologi Halensis, Hist. Eccles. a mundo condito ad Seculum a Christo nato præsens Sec. XVIII. deducta.
1726. *Joh. Laurentii Moshemii*, Cancellarii hodie Göttingensis, *Institutiones* Hist. ecclesiasticæ. addantur ejus *Institutiones majores* quæ adhuc continuantur.
1726. *M. Joh. Laurentii Diezii*, V. D. M. in Belgio succincta *Historia Ecclesiastica* N. T. Amstelodami 1728. in 8.
1727. *Valentin. Ernesti Lascheri*, Theologi Dresdensis, nußbare *Anmerkungen aus der Kirchen. Historie*, P. II. in 8. philyræ pauca; sed selectis observationibus referta.
1728. *Joh. Georgii Heinssi*, Literatoris Jenensis, *Kurze Fragen aus der Kirchen. Historie*, nach der Methode Herrn Hübners, opus plane præstantissimum, continuatum ab Anno 1730. ab *Ernesto Stockmanno*, ab Anno 1733. a *M. Joh. Georgio zur Linden*, & hodie a *Fried. Wilhelmo Kraftio*, Theologo Göttingensi celeberrimo, constat Tomis XV. in 12. prostat etiam in forma majore.
1731. *Balthasaris Bebelii*, Theologi, olim Argentoratensis, post Vitembergensis *Memorabilia Historiæ ecclesiasticæ recentioris* i. e. Seculi XVI. & XVII. obstetricante *Christiano Augusto Hausenio*, Theologo Dresdensi.
1743. *Sigismundi Jac. Baumgartenii*, Polyhistoris Halensis, *Auszug der Kirchen. Geschichte von der Geburt Christi an*, opus egregium quod adhuc continuatur, prodire demum III. Tomi in 8.
1744. *Joh. Georgii Valchii*, Theologi Jenensis, *Historia ecclesiastica N. T. variis observationibus illustrata*, opus omnibus reliquis Palmam dubiam redditurum, ad huc continuatur, idem tamen ferme dicendum est, de *Historia ecclesiastica N. T. Viri Celeberrimi & Consultissimi Joh. Georgii Pertschii*, quam IV. Tomis lingua germanica evulgare cepit & adhuc continuat, optamus his *Viris faustam Luciniam*, ut partus integri luci exponantur.
1744. *Conradi Samuel. Schurzsteychii*, *Introductio brevis in H. E. Novi Test.* curante *Godofredo Wagnero*.
1749. *Joh. Paul. Reinhardi*, Prof. Erlangensis, *Einleitung zu den Geschichten*

Schichten der Christlichen Kirche, opus bene ordinatum & praelectio-
nibus academicis egregie accommodatum.


1749. Liberi Baronis de Hohlberg, Polyhistoris Hafniensis in Dania, all-
gemeine Kirchen-Historie, a nato Christo ad Reformationem Luth-
theri, opus plane egregium & omnium applausu susceptum.

Patet ex hoc tabula, campum Historiae ecclesiasticae & maxime,
N. T. a nostris haud fuisse desertum, sed prospere in nostra ec-
clesia Viros, Pontificiorum *Cesari Baronio* & Reformatorum
Friderico Spanhemio, Hottingero, Gürtlero & Basnagiis oppo-
nendos cumque iis comparandos.

Non autem sine ingenti animi jucunditate Lectores, in ple-
risque hic recensitis operibus animadvertent, Autores subinde
ad statum *rei Scholasticae* in singulis Seculis respexisse. Neque
hoc immerito, male enim ecclesiae consulitur, ubi nulla *Scholarum*
habetur ratio vel cura. idem sibi dictum putavit *Senatus Tor-
gensis Amplissimus*, hinc pro eo, quo fertur in Scholam suam
studio, zelo & favore, post Domini *M. Jo. Henr. Leidenfrostii*, ad
capeffendum Pastorum Aulebensem in Thuringia discessum,
ad *Con-Rectoratus* dignitatem iterum vocavit, *Virum Nobilissi-
mum, Clarissimum, Doctissimumque*, Dominum *M. Jo. Gottl. Cle-
mentem*, Sub-Rectorem hucdum praecclare meritum, & hic est,
qui publice hodie, a me, Classibus suis praeficiendus, & in supe-
riorem cathedram *introducendus* est, cui actui solemni ut *Prae-
nobilissimus Dominus, in committendis rebus Consiliarius regius, Sena-
torius ordo, Reverendum Ministerium, reliquique Musarum fauto-
res* ad diem XVII. Aprilis, Domino *Con-Rectori* de novo mu-
nere pie gratulaturi, mihi que pauca, de *Virtutibus Praeceptoris*
Scholarum praecipuis praefaturo, vacivas aures praebituri, frequen-
tes inter sint, perreventer & perhumaniter invitantur.

Torgaviae die XVI. Aprilis MDCCL.





AB: 155056

ULB Halle

003 085 112

3




TA → SL
unw 75 flut /

VD 77

R







Q. B. V. D.

32

DE
VIRTVTIBVS PRAECEPTORIS SCHOLAE
PRAECIPVIS
PAVCA PRAEFATVR

ET AD
ACTVM SOLEMNEM
QVO
VIR
NOBILISSIMVS, CLARISSIMVS
DOCTISSIMVSQVE
DOMINVS
M. IO. GOTTLIEB
CLEMENT

CON. RECTORATVI IN LYCEO NOSTRO
DIE XVII. APRILIS
PRAEFICIETVR,
INVITAT
D. MARTINVS GRVLICHIVS,
SVPERINTENDENS.

TORGAVIAE, LITTERIS PETERSELLIANIS.